



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Primum paradoxoum ex tribus imputatis Tamburino hoc est, jurare verbis
æquivocis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPVT XXI.

*Primum Paradoxum ex tribus imputatis
Tamburino, hoc est,*

Iurare verbis æquivocis.

Pergit Baronius l. c. §. 3. contorquere in Tamburinum multa multum amarulenta, quæ ut aliàs dixi, ab animo pacato oleoque tranquilliore præceptoris mei suat silentio superanda. Nulla enim tam atrox intentari potest injuria, quæ animum illum perturbare queat, qui vel ad patientiam à pietate, vel ad eam despectum à generositate movetur. Jam post hæc, Primum Paradoxum Tamburini sic producit lib. 3. c. 3. fol. 91.

BARON. Hujus generis (Paradoxum) est, quod Tamburinus asserit, certum esse, jurare verbis æquivocis cum causa, perinde licitum, ac sine causa, illicitum esse.

Addit immediate in hunc modum.

Quasi pariter veritatis, & æquè receptum sit apud omnes, honestari posse quacumque causa juramentum æquivocum, ac sine causa damnari.

2. In Tambur. doctrina non apparet illud (perinde) unde Baronius colligat interpretationem suam, (quasi pariter veritatis, neque illud (quacumque ex causa) unde Baronius etiam de levissima agi causa conqueri possit, neque aliquod verbum, unde Baronius possit reprehendere Tamburinum; quasi dicat doctrinam illam esse receptam ab omnibus, quare igitur illa promittit? Sed fecundissimus est nostri Impugnatoris campus; & semper Africa novialiquid apportat.

Venio ad rem. Duas habet partes hæc doctrina, quam refert Baronius, ut idem ipse notat; Prior est, Jurare cum causa verbis æquivocis, est licitum. Posterior, Jurare verbis æquivocis sine causa, est illicitum.

Quoniam ergo hæc pars posterior certa est omnibus, etiam Baronio id fatenti, cur is appellat hanc doctrinam Paradoxum, per quam vocem à Græcis vocatur ad mirabilia præter opinionem omnium? Prior autem pars cum à multis Doctoribus (ut ipse idem Baronius notat, licet acciter impugnet) censetur vera, esto à multis falsa, cur eam inter Paradoxa connumerat? Certè si is dixisset, partem hanc priorem à Tamburino dictam esse improbabilem, esse à veritate alienam, posse rationibus fortibus refelli, nihil succenserem: sed cur hoc vocabulo odio Paradoxi illam appellat? & injuriosius, atque falsius in eodem §. 3. addit, esse hæc Paradoxa à Tamburino inventa, & ab aliis Doctoribus longè distantia? Ultra opinionem est, & à reliquis Doctoribus longè distans id, quod plures doctissimi Theologi non levibus inuixi fundamentis opinantur? Hos plures Doctores mox proferam à meo num. 6.

4. Dices. Illud dixi, quia Tamburinus pariter veritatis, & certitudinis facit priorem partem cum posteriore. Respondeo, ubinam est hæc paritas, quam inducat Tamburinus? Nonne illam fingis, sicuti fingis alia supradicta? Tamburinus non dicit esse pariter certitudinis unam, & alteram partem, sed solum dicit; certam esse, unam partem esse licitam, alteram non licitam, sine ulla prorsus comparatione, &

esto ad simplicitatem aliqua comparatio, hæc non est in omnibus: Paritas enim non est necesse, ut ambulet (juxta rusticorum locutionem) cum quatuor pedibus. Comparatio enim in causa nostra solum est, ut in eo, quod utrumque apud Tamburinum invenitur. Quis enim ignorat, posteriorem partem admitteri omnibus, non autem priorem? sed ipse utrumque ut certam admittit ob satis firmas rationes, ut mox videbimus. Quare quando dicit, priorem partem esse certam, non dicit esse certam omnibus, sed sibi, qui modus loquendi in meo præceptore in suis operibus est frequens; quando enim sententiam ipse judicat certam, nec solum probabilem, licet illi eam non admittant, dicit (certum mihi est hæc, vel certum hoc est,) nam quando est certum omnibus, solet addere sic, vel quid simile (certum est apud omnes, &c.)

Verum hæc duo non sunt omittenda. Primum quia verba hæc de re Tamburini. Secundum, hanc doctrinam non esse ipsius singularem, sed multorum; unde non possit vocari Paradoxum.

De illicito usu Juramenti doli promissorii.

5. TAMB. num. 1. Certum est primum (ait lib. 3. Dec. c. 3. §. 2. num. 1.) jurare sine animo implendi, se mortale. Ita Lessl. l. 2. c. 4. d. 8. num. 41. Secus tom. 2. de Relig. l. 3. de Jur. c. 17. à num. 7. & communiter, patet ex dictis: Certum est secundum, juramentum animo jurandi, si veres sit veritas, si veritas, vel juramentum æquivocis. Non efficitur sine causa, licetum esse causa juxta ea, quæ diximus c. 2. §. 2. & 3. quæ immutanda, quia, quantum ad hoc, eadem est ratio assertorii & promissorii. Illud est advertendum, facilius ex hoc, contra promissorio mortaliter peccari posse, quam in assertorio, quia in promissorio aliquid tercia promittitur; unde si quis potest proximo damnum intercedere, quo notatus audente, mortaliter peccabitur. Hæc illæ.

Nota verba hæc (juxta ea, quæ diximus c. 2. §. 3. quæ sunt recolenda) per errorem vel Scriptoris, vel Typographi, si alterius huc intrepitille; hos enim 2. & 3. dicti cap. 2. hujus libri, in quo secundo cap. de juramento assertorio, hos inquam §. non quæ venies. Verum hoc obiter pro studiosis Lectoribus moneo, ne scilicet querendo prædicta loca, fatigati laborent.

5. Superest nunc illos plures Theologos, quibus stram sententiam amplectuntur, proferre. Eorum apud Castrop. & Joan. Sanchez, illos citatos.

Castrop. Dixi, esse solum (ait tom. 3. tr. 14. d. 1. num. 4.) venialem culpam, quando hoc juramentum absque necessitate. Si enim aliqua causa honesta occurrat, veritatem intercedit, qualis esset, si ob tuam, tuorumque salutem, honorem, rem familiarem tuendam, committeretur, aut si conveniret, ne annuere interroganti impetratio, aut si conveniret, sic amphibologie jurare. Nullam culpam committis, quia defectus iudicii, qui in tali juramento potest, cessat, interveniens causa iusta, sic æquitate potest. Sic tenet expressè Navar. (non citat, quia facile possunt videri in ipso Castrop.) Tolst. Sanchez. Lessl. Bonac.

Quod verum habet, tamen si non rogatus iures, sed si iuras ad jurandum, si tamen jurandi, occultandi quædam tem honesta causa intercedat, qualis intercedere potest, obligaris famam proximi restituere, neque alia via communiore reparare potes, quam usum amphibologie juramentum. Sancti Bonacina.

Ex hac certa doctrina deciduntur plures casus in praxi contingentes. Primo, rogatus de delicto, quod saltem sub opinione probabili non teneris manifestare, vel ex eo quod non iuridice rogaris, vel ex eo quod tibi grave nocuementum ex manifestatione proveniret, negare poteris, fecisse, subintelligendo in carcere, vel ad dicendum. Sic Sanch. Clav. Reg. Navar. Bonac.

Secundo, &c. Haftenus Castropal.

JOAN. SANCH. sic. Reus inquit disp. 46. nu. 17.) cuius delictum est semiprobatum in causa sanguinis, ob quod morte esset pleiendus, aut ad trirèmes, vel exilium, aut honorum amissionem esset dammandus, veritatem delicti iudici interroganti aperire non teneatur, eo quod nullus ad sui damnationem jurare constringitur; est namque ius conferendi vitam adeo strictum, quod nulla lege positiva abrogari possit; & tunc si Reus constringeretur veritatem manifestare, constringeretur ius damnationis esse totalem auctoritatem: nam quod testis adversus illum testimonium tulerit, nihil conducit ad condemnationem, cum sine delinquentis confessione damnari non possit.

Paulo post. Quod possit equivocatione utendo, veritatem celare, docent Navar. Less. S. A. Valer. Sylvest. &c. Docet item hanc opinionem Villalob. Octavianus Spatarius, tanquam certam, docet. Item Rodriguez tanquam certam, & hanc pro viribus defendit. Item ut probabilem docet Pignatarius, Peyrinus, & Layman, Salcedo, ut sibi certam. Aragon, ut probabilem, & Reginal. Scot. Filic. Malderus, & sustinent aliqui viri docti, quos consulti. Quo quidem sententia non solum mihi probabile, sed certa videtur.

Quod vero sit quoque, in praedicto casu Deum in testem adducere, mihi quoque certum; nam eadem causa, quae excusit ad excusandum mendacium, intercedit praeter ad excusandum juramentum iuxta dicenda (disp. 46. nu. 17.) ubi Auctores referemus.

10. De hac autem disp. 46. nu. 17. idem sic repetit.

Nam eadem causa, quae adest ad excusandum mendacium, equivocatione retenta, sufficit etiam ad excusationem juramenti, ut docet angel Sylvest. Navar. Azor. Val. Salan. Sanchez, Toler. Manul. Philiar. Suar. Less. Mar. Delrio, alios adducens S. A. &c.

11. Unde quia igitur hunc purum putum errorem haulisti, Baroni, quod scilicet hoc sit Tamburini inventum, & à Doctoribus longissime distans? Praeterea sit tam multi (ut modo legisti) Castropalaus, Jo. Sanchius, Spatarius, Rodriguez, Salcedo non solum id, ut probabile sustinent, sed ut certum, quia ratione tibi admirabile Paradoxon sit. Legite si est otium lectores ingenui, & obstupescite ad tam injustas injurias, quas in hominem innocentem hic jactat Baronius; Hanc unam ex remissioribus audire, nemolestum sit.

BARON. ibid. fol. 91. Hic (Tamburinus) etiam multis Paradoxis à se primum inventis, quasi Parafangis, à reliquis Doctoribus etiam sui instituti, longissime distat; nec dubito, quin velit videri, quasi in laxandis conscientibus, gloriam, & singularitatem affectasse. Hujus generis est, &c.

Nunc monet tempus, ut agamus de juramento ficto, haftenus enim locuti sumus de aquisoco.

* *

CAPVT XXII.

De Juramento ficto.

1. In hoc eodem loco transit Baronius ad juramentum fictum, doctrinamque Tamburini de eo, vocat alteram Paradoxam partem, quam certe ego vocarem partem tertiam; sic autem habet.

BARON. ibid. fol. 93. Altera vero Paradoxa pars fit contra consensum omnium Theologorum. Nam Soto lib. 8. de Just. q. 1. a. 7. ita habet, Emergit dubium, utrum juramentum sit sine intentione jurandi, sit peccatum mortale; quoniam de veniali non est dubium, quandoquidem qui dicit se jurare, & non jurat, mentitur, ergo lis est extra controversiam posita inter vetustiores Theologos, Juramenta sine jurandi animo, etiam ex causa, illicita proferri.

3. Cum tamen Tamburinus, certum velit esse, ab omni culpa excusari hujusmodi juramenta. Sed longerecedit non solum ab antiquorum Doctorum, & extraneorum mente, sed etiam ipsius Suarii, qui hujusmodi juramenta accusat & gravis peccati mortalis ex genere suo. Neque enim potest nomen Dei fide assumi ad jurandum, nisi vane assumatur; id est, ad decipiendum potius, quam ad confirmandam veritatem. Quid autem vanum magis, quam ipsa fallacia, & deceptio, qua non solum irrogatur Dei nomini injuria, sed etiam resolvitur vis iuramenti, & sanctitas violatur; cum nequeat eius contemptus efficacius induci, quam si tibi persuadeas, posse adhiberi juramentum, nulla intentione jurandi. Id ipsum confirmari posset variis exemplis ex Suar. Cajetan. & aliis. Si liceat ficto animo jurare ex metu, vel alia quacumque de causa, quidni proferre blasphemias? ut arguit Suarez. Quidni Idola colere in speciem, animo ab Idololatria alienissimo? ut ex Cajetano urget Sotus, quod tamen fide Idolatria genus imputatur Marcellino Pontifici in grave crimen, &c. Haftenus Ille.

4. In primis verbis nimis indistincte affectis, juramentum fictum ex causa esse peccatum. Praeterea dum id confirmas ex consensu omnium Theologorum, cur deinde id probas unius Soti testimonio? sed mox videbimus de hujusmodi omnium consensu.

5. Prius enim advertendum est, hic tres debere quaestiones diligenter distingui. Prima est, an Juramentum sine animo jurandi, hoc est sine animo vocandi Deum, sit vere, & essentialiter juramentum, & nullus ex mediocribus Theologis affirmabit, esse juramentum; deest enim illi essentia iuramenti, quae est Dei invocatio; Quæritur autem an ita externe jurare cum causa, sit licitum, praescindendo ab alio inconvenienti, sed sit culpa ex ipsa ratione iuramenti; nam si addas, dictum aliquod inconveniens, erit peccatum ex inconvenienti illo. Et in hac prima quaestione Tamburini sententia est, id, quando adest causa, & nullum adest aliud inconveniens, non esse illicitum.

6. Secunda quaestio est, an uti hoc juramento, in quo solum oretenus invocatur Deus, ad aliquem decipiendum, sit culpa, etiam si fiat cum causa. Et in hac secunda quaestione, Tamburini doctrina est, esse dupliciter peccatum. Primo, esse peccatum contra iustitiam, quo Proximus decipitur. Secundo, esse peccatum contra Religionem, quia jurans utitur Dei sacro nomine, tanquam medio ad firmandum

D d d

pecca-